

Cum ueritatibus et controuersis Inter Reuerendum dominum Abbatem Sancti Gregorii et Nobilem uirum Maximum Valerio et Consortes de certis terrenis et casonibus positis in districtu Ville Gambiarum Infrascripti Domini Consiliarij Terminarunt. Quod per prefatum Reuerendum dominum Abbatem et predictum Nobilem uirum Maximum Valerio et consortes in dictis terrenis et casonibus nulla fiat inuolutio. In Arando Semmando Incidendo ligna in nemoribus et edificando casones sub pena ducatorum a uingentorum in suis bonis. Sed quilibet predictorum recursum habeat ad iudicium ordinarium usque suum prosequatur.

Consiliarij.

- S' Angelus gradonico.
- S' Andreas uenerio.
- S' Bertucius contareno.
- S' Iacobus mauroceno.
- S' Franciscus dandulo.
- S' Antonius natalis caput de xl^o loco consiliarij.

Inducta est in hanc noiam inclitam ciuitatem Ars imprimendi libros: Inhiesq; magis celebrior et frequentior fiet. p operam studij et ingenij magis Joannis de spira. Qui ceteris alijs urbibus hanc noiam precelegit. Vbi cum conuge libereis et familia tota sua inhabitans exerceret q; dcam artem libror; imprimendor;: Jamq; summa omnium comendatce imessit epistolas ciceronis. Et Nobile opus plinij de naturali historia in maxio numero & pulcherrima litterar; forma. pergita quotidie alia preclara volumina imprimere: adeo ut industria & uirtute huius hominis multis preclarisq; voluminibus. et quide peruilli precio locupletabitur: Et qm tale inuetum etatis nre peculiare & proprium: preiss illis omno incognitum: omni fauore & ope augendum atq; fouendum est. Eidemq; magistro Joanni. qui magno uigetue sumptu familie & artificum mercede: prestada sit materia. ut alacrius perseueret: artemq; suam imprimendi potius celebriore redere q; desinere heat. Quodmodum in alijs exercitijs sustentandis et multo quide inferioribus fieri solitum est: Infrasti dni consiliarij ad huiem et deuotam supplicatione predicta magis Joannis Terminarunt: terminadoq; decreuerunt. ut p anno quinq; proxime futuros nemo omno sit qui uelit possit ualeat audet ne exercere dictam artem imprimendor; libror; In hac inclita ciuitate uenetiay. et districtu suo. nisi ipe magis Joannes. Et totiens quotiens aliquis inuetus fuerit. qui contra hanc terminatoem & decretum ausus fuit exercere ipam artem. et imprimere libros: multari codemnarq; debeat. & amittere instrumeta & libros impressos. Et sub hac eadem pena nemo debeat aut possit tales libros in alijs terris & locis impressos vendendi causa huc portare.

Consiliarij

- Angelus - gradonico
- Bertucius - contareno
- Angelus - uenerio
- Iacobus - Mauroceno
- Franciscus - Dandulo

Nullus est uigoris qe
obijt magister et autor